UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ioannes de las Missas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

fidem exul, & inde redux, no-
Fides. uo ardore ſe quàmplurimis Euãgelio lucrifaciendis per labores, pericula, ærumnas ex aſſe dedicauit vſque ad morbum, quem quà latendo, quà concurſando, in fame, ac tecti aliarumque rerum humano vſui opportunarum inopiâ contraxit; & vitam, quam in flammis volebat, in ærumnis terminauit.

P. Ioannes de las Miſſas.

Indus. Manilanus. in Inſula. Marinduque. 4. Oct. 1625. Redux 4. Octobris à per acta apud Patres S. Franciſci, de eius laudibus concione, à Mauris, ac alijs barbaris ethnicis odio fidei furentibus, exploſi ſclopi globo interfectus, & capite truncatus eſt. Inde furor verſus in templum, imagi-
Fides. nes, & quicquid iuſtrumenti

ti ſacri repertum eſt. Ex eius cranio propinatũ, hauſtum, & in cadauer barbaris modis ſæuitum eſt. Iam ab ipſis religioſæ vitæ rudimentis habitus eſt Ioannes pro homine verè puro, ac ſancto; habeturque pro explorata re ac certa, quandam Chriſti Cruci affixi, coram qua ſupplex attentione magnâ orabat, imaginem, illi aliquando fuiſſe locutam. Ea hodie quoque habetur in honore, ac reuerentia ſingulari. *Crucifixus.*

P. Ioannes Acoſta.

Ab anno 1604. in Iaponia ęrumnoſorum laborum plenus ibat, redibat, latebat, eſuriebat; vt puſillo Chriſti gregi prodeſſet. In profundo latuit aliquando per nouem dies, cùm cibus illi per fu-

Luſitanus. Nangaſachi. 8. Oct. 1633. ætat. 58. Soc. 42.